

28

26

32

22

17

Quem nondum ualidis bellī deuicerit armis:  
Ex his plura super percipit esse loca.  
Ergo dolet lacrymisq; genas humectat obortis,  
Esse potestatis non loca cuncta suæ.  
Hos uerbis monet his etiam saluator Iesus:  
Ut faciant uoto uimq; metumq; suo.  
Hæc & plura suo mystes edisserit ore,  
Eiicit & uerbi pabula sana Dei.  
At Princeps sacra manet illustrissimus æde,  
Dum sacra tota ferè coena peracta fuit.  
Eximia uirtus Ducis hæc dignissima laude est,  
Atq; pijs prorsus pectoris indicium.  
Nec mirum, Pictas teneris cui seruunt annis,  
Huic indiuidua est semper ubiq; comes.  
Hæc inopum mouit que cor non immemor essem.  
Sed sua paucribus munera larga dare.  
Namq; sacro è templo Dux inclytus inter eundum  
Ad sc Pygmæum mox uocat ipse suum.  
Huic dat & argenti signata numismata dena.  
Teutona florenos turba uocare solet.  
Et iubet hos inopum cunctos imponere cistæ.  
Vt leuet inde suum tristis egenus onus.  
Laude mea maior Ducis hæc est inclyta uirtus.  
Res inopum miseras qui putat esse suas.  
Cui commota dolent intra sua uiscera corpus.  
Oppressos alios cum uidet esse malis.  
Indicium certum generosi pectoris illud:  
Nam faciles motus mens generosa capit.  
Macte animi Princeps cœli sic itur ad astra,  
Sic superos inter nomen habere licet.

Ende

Anfang

Nom.